





# Gospel for the Feast of Our Lord Jesus Christ, King


Tonus evangélii


**D**    
 Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti


   
 Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**    
 -n illo témpore: Dixit Pi-látus ad Jesum: Tu es Rex Judæ-órum?

   
 Respóndit Jesus: A temet-ípso hoc di-cis, an á-li-i dixerunt tibi de me?

   
 Respóndit Pi-látus: Numquid ego Judæ-us sum? Gens tu-a, et pontí-fices

   
 tradidérunt te mihi: quid fecísti? Respóndit Jesus: Regnum me-um non est


   
 de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum me-um, minístri me-i

   
 útique decertárent, ut non tráderer Judæ-is: nunc autem regnum me-um


   
 non est hinc. Dixit í-taque e-i Pi-látus: Ergo Rex es tu? Respóndit Jesus:



Tu di-cis, qui-a Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in



mundum, ut testimóni-um perhíbe-am veri-tá-ti: omnis qui est ex veri-



táte, audit vocem me-am.